Fragmentarium

ut cognoscat generatio altera. Filii qui
nascentur et exurgent. et narrabunt filiis
suis. Et ponant in deo spem suam. et non o
bliviscantur operum dei. et mandata eius requirant.
Ne fiant sicut patres eorum generatio pravam
et exasperans. Generatio que non direxit
cor suum. et non est creditus cum deo spiritus eius.
Filii effrem intendentes et mittentes
arcum. conversi sunt in die belli. Non cu
stodierunt testamentum dei. et in lege eius noluerunt
ambulare. Et obliti sunt benefactorum eius. et
mirabilium eius que ostendit eis. Coram
patribus eorum fecit mirabilia in terra egypti. in cam
potaneos. Interrupit mare et perduxit eos
et statuit aquas quasi in utrem. Et deduxit eos
in nube diei. et tota nocte in illuminatione ig
nis. Interrupit petram in heremo. et adaqua
vit eos velut in abysso multa. Et eduxit
aquam de petra. et deduxit tanquam flumina

License: cc-by-nc – Wien, Österreichische Nationalbibliothek, Cod. 3608, Cod3608_VDS – Psalterium / Breviarium (https://fragmentarium.ms/view/page/F-c15o/2117/25975)